



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Pastorvm Concionatorvmqve Instrvctiones**

**Borromeo, Carlo**

**Coloniae, 1587**

**VD16 B 6753**

De ijs quæ ad formam concionis pertinent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51263](#)

nisterio pœnitentie, quam accuratissimè  
adhibebit.

**T**ridentini Cōcilij de-  
creta com-  
mendētur  
populo.

Et verò in primis proponet sæpè audi-  
toribus concilij Tridētini decreta: ex quo,  
tamquam è purissimo fonte, hauriet, quæ  
pertinent ad mores omnium ordinū corri-  
gendos, fidem explicandam, & Christia-  
nam disciplinam restituendam, Concilio-  
rum item prouincialium nostrorum, &  
episcopalium synodorum constitutiones,  
ac decreta nō modò ad populi memoriam  
reuocet: sed docebit, quām vtilis eorū exe-  
cutionis usus, quām inde uberrimus fru-  
ctus: Proinde crebrò in hoc officij genus  
incumbet, ac nullam planè occasione p̄ra-  
termittet.

*De ijs qua ad formam concionis pertinent.*

**M**ATERIAM concionis cùm exEvan-  
gelij tractatione, alijsque locis ap̄e  
appositis, digressionibusque concionator  
sibi parauerit: ita eam disponat, vt oratore  
illius concionis partes, quatenus velEuan-  
gelij, vel reialterius, de qua dicturus est,  
ratio patitur, nullæ desiderentur, præser-  
tim, quæ illustriores sunt, quæque ad com-  
mouendum pertinent.

**D**ictio con-  
cionatoris  
qualis esse  
debeat.

Instruat autem, atque exornet non ver-  
borum, vel lectissimorum, inani sonitu, &  
sermone nimis elaborato, & penè calami-  
strato, ac fucato; quo nihil potest esse infu-  
ctuosius:

etiusmodi: sed graui plenoque sancte doctrina, ac referto disciplina, quæ verè Christiana, præstansque sit ad salutem.

Ita præterea, quæcumque ad dicendum Distinctè  
piè meditatus est, distinctè partiatur, ut audi- pronuntiet.  
tores omnia, & facile percipiant, & me-  
moria teneat, quò maiorem inde fructum  
capere queant.

Memoria cuncta ita mādare studeat, vt  
fugiat tamen memoriarum ostentationem, vt  
potè in sententijs quam plurimis pronun- Memoria  
ciandis, aut certè rebus permultis recen- non sit  
fendis. ostentator.

Vbi ad finem concionis venerit, breui  
epilogo sèpè vtetur, quo partes concionis  
breuiter repeatat.

Tum concionem concludet, more san-  
ctorum patrum, breui precatione, gratia-  
rum actione, & laudibus benignitatis Chri-  
sti Iesu Domini nostri.

Absoluta concione, paululum de sugge-  
stu vel apud altare genibus flexis tacitus  
orabit, tum auditores aliquando moneat,  
vt idem faciant.

Si apud rudem multitudinem concio-  
natur, orationem dominicam, salutatio-  
nem angelicam, & symbolum Apostolorū  
à populo vnà secum pure, ac distinctè toto  
corde pronunciari, tum Dei misericordiā  
humiliter voce implorari, aliquādo curet.